BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fructus suos: et ligna camporum dabant
fructum suum. Seniores in plateis
sedebant omnes. et de bonis terre trac
tabant: et iuvenes induebant se glori
et stolas belli. et civitatibus tribuebat ali
monias: et constituebat eas ut essent
vasa munitionis: quo adusque no
minatum est nomen glorie eius. usque
ad extremum terre. Fecit pacem super
terram: et letatus est israhel letitia ma
gna. Et sedit unusquisque sub vite sua.
et sub ficulnea: nec erat qui eos terreret.
Defecit inpugnans eos super terram.
Reges contriti sunt in diebus illis. Et confir
mavit omnes humiles populi sui: et
legem exquisivit: et abstulit omnem
iniquum et malum. Sancta glorificavit:
et multiplicavit vasa sanctorum. Et audi
tum est rome quia defunctus est io
nathas. et usque in spartiam: et contrista
ti sunt valde. Ut audierunt autem
quod symon frater eius factus esset summus
sacerdos loco eius. et ipse obtineret re
gionem et civitates in ea: scripserunt
ad eum in tabulis ereis: ut renovarent
amicitias et societatem quam fecerant
cum iuda et ionatha fratribus eius. Et lec
te sunt coram in conspectu ecclesie in ierusalem.
Et hoc exemplum epistolarum quas miserunt
spartiati. Spartianorum principes. et
civitates. symoni sacerdoti magno. et
senioribus. et sacerdotibus. et reliquo populo
iudeorum fratribus. salutem. Legati qui mis
si sunt ad populum nostrum. nuntiaverunt nobis
de vestra gloria et honore ac letitia: et ga
visi sumus in introitu eorum. Et scripsimus
que ab ipsis erant dicta in conciliis populi
sic. Numenius antyochi. et antipater ia
sonis filius. legati iudeorum venerunt ad
nos. renovantes nobiscum amicitiam
pristinam. Et placuit populo excipere
viros gloriose: et ponere exemplum sermo
num eorum in segregatis populi libris. ut sit

ad memoriam populo spartiatarum. Ex
emplum autem horum scripsimus symoni
magno sacerdoti. Post hec autem symon
misit numenium romam. habentem cli
peum aureum magnum. pondo mnarum
mille. ad statuendam cum eis socie
tatem. Cum audisset autem populus ro
manus sermones istos: dixerunt. Quam
gratiarum actionem reddemus symoni
et filiis eius: Restituit enim ipse fratres
suos: et expugnavit inimicos israhel.
et statuerunt ei libertatem: et descripserunt
in tabulis ereis. et posuerunt in titulis
in montem syon. Et hoc exemplum
scriptionis. Octava decima die mensis
helul. anno centesimo . lxx . ii . anno
tertio. sub symone sacerdote magno in
asaramel. in conventu magno sacer
dotum et populi. et principum gentis.
et seniorum regionis. nota facta sunt
hec. quoniam frequenter facta sunt prelia in regi
one nostra. Symon autem mathathie fi
lius. ex filiis ioarib. et fratres eius dederunt
se periculo: et restiterunt adversariis gentis
sue ut starent sancta ipsorum et lex: et gloria
magna glorificaverunt gentem suam.
Et congregavit ionathas gentem suam.
et factus est illis sacerdos magnus: et
appositus est ad populum suum. Et vo
luerunt inimici eorum calcare et atterere
regionem ipsorum: et extendere manus in
sancta eorum. Tunc restitit symon et
pugnavit pro gente sua: et erogavit
multas pecunias. et armavit viros
virtutis gentis sue: et dedit illis sti
pendia. et munivit civitates iudee.
et bethsuram que erat in finibus iudee.
ubi erant arma hostium antea. Et
posuit illic presidium viros iudeos.
Et munivit ioppen que erat ad ma
re. et gazaram que erat in finibus azo
ti. in qua hostes habitabant ante: et
collocavit illic iudeos. et quecumque apta